



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

Ad Perillvstrem Et Reverendissimvm Dominvm D. Constantinvm  
Caietanvm ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

AD PERILLVSTREM  
ET REVERENDISSIMVM DOMINVM  
D. CONSTANTINVM CAIETANVM S. D. N. A SA-  
cris literarum monumentis, & Abbatem Præsidentem Col-  
legii Gregoriani Domus S. BENE-  
DICTI.

## A P O S T R O P H E.


**E**N CONSTANTINE CAIETANE Sanctorum Ordinis nostri (qui non solum antiquitate sed & Sanctorum numero, & dignitate cæteros antecellit) imagines æreis tabellis expresas, non omnium quidem (quis enim posset, etiam si maxime veler) sed magis celebrium, Tuo præcipue hortatu & auctoritate prodeentes, inter quos Nominis Tui rationem non habere, nefas putau. Est enim è ferrugine splendorem petere; id est, ex pertenui hoc scriptioris generi, accessionem amplissimam dignitati Tuæ fieri, haud posse mihi facile persuadet: quia tamen complurium SS. Vitæ Tuò studio illustratae sunt, sic à Te vnde postliminii iure vindicari, par est.

Quid ni enim Te inter Benedictina sidera connumerare decet, qui non solum posthabitis illustrissimam Familia Caietana natalibus, Deo sub S. BENEDICTI P. N. signis militare elegisti, sed ubi eruditio nominis in ipsum Palatium Apostolicum vocatus, sub V. SS. PP. ultra viginti annos doctrinæ ac innocentiae famam, totque scriptis insignibus libris universum Christianum orbem repleuisses, & magnum Ordini nostro nomen peperisses; his non contentus, reipsa posteritatem etiam iuuare voluissi. Hinc Collegii Gregoriani Domus S. BENEDICTI fundationem meditari cœpisti, atque præter insignem Bibliothecam, omnem suppellectilem, & alia quæ industriâ Tuâ acquirere potueristi, illuc transportare intendisti, per amplio cum basilicâ Monachis constituto domicilio, addito præstantium ingeniorum laude, & doctrinarum vsu florentissimo Gymnasio, rarissimis pietatis exemplis. Vnde, ni pudor mihi modum statueret, & religiosa Tua modestia, officij admonereret, ex Te ipso possim complura laudis argumenta contexere, & in latissimum inde campum prædicta.

REY CIA

A

HÆC CAIETANÆ SVNT CLARA 179  
IN SIGNIA GENTIS.



Z 2

HEC CAVITATE SANCTA CLARA  
praedicationis virtutum Tuarum, excurrere. Sed nemini auribus Tuis de-  
diſſe videar, alii hæc commemoranda relinquo, sapientum voce admonitus,  
*Virtus laudes post funera rectius persoluit, & ab exequis maius venire nomen.*  
Illud quidem hac apostrophe efficere conatus sum, ut PERILLVSTRIS & RE-  
VERENDISSIME PATRONE, intelligeres, quæ singularia, & maxima in Mo-  
nachos Ordinis nostri, & meipsum beneficia contulisti, eorum memoriam  
non solius Italiæ, amplissimæ quantumvis prouinciæ finibus concludi,  
sed omnium nostrum, quotquot S. BENEDICTO nomen de-  
dimus, animo gratissimo recoli, & con-  
seruari.

INDEX